UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Litigiosis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

ſionem.ff.vnde vi. Tangam vobis in l.ſi quis ad ſe fundum.ī.ad l.
Iulia.de vi.legit gl.alijs duobus modis,que due lectu.ſunt idem,
diuerſificantur tamen in hoc,q2 ſecundū vnam lect.ſunt tres per-
ſone.ſecundū aliam due perſone.Et vide gl.hic,an ſit verum quod
ſecunda violentia primā abſorbet, tam in duabus quam in tribus
perſonis,dicam in l.ſi quis ad ſe fundum.Ponit ergo gloſſ.caſum
quarto modo,quam vide.Iſta vltima ſatis poteſt ſuſtineri.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Perpetua ſunt.Per Bart.in l.ij.ff.eod.ꝛ per Bald.ꝛ
Angel.in l.ſi quis.de preſcri.Ioan.And.ꝛ Bald.in authen.ei qui.
de temp.app.in verſi.4.quero nunquid ſententia.Et hunc legi ſimi-
lis eſt lex illa in vna lect.ꝛ ibi vide quid de replicatione.

LEX VI.

SI pactum. Iſta lex legitur in gl.pluribus
mod.Uno modoquod loqua-
tur,quādo exceptio oritur ex pacto.Alio modo loqui-
tur quando ex pacto oritur replicatio, prout loquitur
a de exceptione,vere non eſt dubiū quod ſit perpetua,[a] vt l.pure.in
fi.ff.de do.except.ꝫ.l.priori. Si vero nō eſſet vere exceptio,ſed ideo
exceptio,q2 actio,exēplum in exceptione cōpenſationis,tunc ea-
* tenus duraret exceptio, quatenus duraret actio,vt l.quecunqꝫ.*
de compen.Prout hanc l.intelligimus in replicatione,dicendū eſt
l.debere intelligi,quando actio eſt perpetua.tunc enim replicatio
1 eſt perpetua. †Nam replicatio limitatur ſecūdum naturam actio-
nis,vt l.queſitum.§.fi.de pact.no.in l.exceptio.ff.de exceptio.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Eſt perpetua. Quid in duplicatione.in d.l.j.per Bal.
in l.ij.ff.co.vbi per glo.ꝛ Bart.

* CLAV. DE SEISS. ¶L.quecunque.Uide ad materiam iſtā
quod no.gl.Bar.ꝛ doc.in l.nam ꝛ poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiur.ꝛ
Panor.in c.ij.de ordi.cognitio.

LEX IX.

SI quidem. Hec eſt pulchra lex,ꝛ ponit pul-
chram practicā, ꝛ ponit tria di-
cta.¶Primo/quando reus pro conſtanti de intentione
actoris diffidit. ¶Secundo, quando pro conſtanti de
ea confidit,ſed ſe exceptione munitum aſſerit. ¶Tertio quando
de intētione actoris dubitat.ꝛ hoc ſufficit tibi pro ſummario.Se-
cunda ibi.ſi vero.¶Tertia ibi,nam ſi,ꝛ habet iſta lex duas gloſ.ꝛ
vnam gloſ.magnam, que eſt additio. Oppon.dicitur hic,quando
quis dubitat de mente,vel intentione actoris, innuit quod poteſt
reſpondere,Dubito.Contra,imo quis cogitur reſpōdere per cer-
tum,vt l.certum.in princ.de confeſ.Solu.Quidam intelligunt hic,
1 quādo ſit interrogatio de facto alieno.¶†Quero, nunquid exci-
a piendo videatur quis confiteri [a] intentionem aduerſarij. Gl.mo-
uet hic, ꝛ videtur tenere quod niſi precedat negatio, per oppoſi-
tionem exceptionis videatur confeſſata intentio.Idem Dyn.in c.
exceptionem obijciens.de reg.iur.lib.vj. Gl.tenet contrarium in l.
non vtiqꝫ.de excep.ꝛ l.nemo.de reg.iur.ꝛ illas tenent. Canoniſte,ꝛ
ego illas etiam teneo de iure noſtro,vt plene dixi tibi in l.nō vtiqꝫ.
2 ¶†Quero, quid ſi confiteor me promiſiſſe tibi ſub conditione,an
mihi incumbat onus probandi conditionis adiectionem an vero
b tu debeas probare [b] promiſſionem factam pure?Gloſſ.hic diſpu-
tat,finaliter diſtinguit,bene,ꝛ recte intelligēdo.Aut ego confiteor
promiſſionem ſub conditione ſimul ꝛ ſemel, ꝛ tunc actor non po-
teſt de iſta mea confeſſione partem approbare,ꝛ partem reproba-
re,vt puta dicēdo,accipio hoc quod promiſiſti.hoc nego ſub con-
ditione. Si vero ego dicerem confiteor quod promiſi centum pu-
re,tamen feciſti mihi poſtea pactum de non petendo conditionis
euentum, quia tunc iſti ſunt duo articuli, poteſt vnum approba-
re,ꝛ alium reprobare,vt l.Publia.§.fi.ff.depoſi.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶Confiteri. An excipiens videatur fateri, adde quod
dicit Bald.in l.age.ꝫ.de tranſac.per illum text.quod opponendo
exceptionem tranſactionis, quis non videtur confiteri debitum.
Et vide per no.gl.ꝛ Bar.in l.ſi filium.ff.de lib.cau.dicit Iac.But.
ꝛ Bal.in l.cum Papinianus.ꝫ.de ſent.quod opponens compen-
ſationem,videtur debitum fateri.Probatur practica in gloſ.dum
dicit.quod debet precedere negatio.per tex.in c.ex tenore.de teſti.
Et an illud.quod hic dicitur habet locum in replicatione, Bart.
in l.ſi expreſſim.circa princ.ff.de app.adde an opponens compen-
ſationem videatur fateri debitum.Rom.conſi.lxxvij.

b ALEX. ¶Debeas probare. An confeſſio poſſit pro parte ac-
ceptari,vide Bart.in l.Aurelius.§.pen.de lib.le.vide Inſti.de act.
§.item ſi quis poſtulante. Et vide Cyn.pulchre poſt gloſſ.in l.j.ꝫ.
de do.ante nupt.ꝛ in l.ij.ꝫ.de confeſ.ꝛ Bald.hic.ꝛ in addi.Spec.in
tit.de confeſ.in verſic.confiteor hominem.Arch.in c.ij.de confeſ.in
vj.ꝛ Bald.in l.j.§.ego.de edil.edi.ꝛ in l.cum mulier.ſolu.matr.vbi
limitat iſta non procedere in criminali.Adde tu ad dicta Bartol.
hoc concord.quas ponit Alexand.de Imol.in conſi.cxxxij.v.vol.
ꝛ ibi quod dicitur hic de vno capitulo,quod non poteſt pro parte
acceptari.intelligit procedere etiam in pluribus capitulis conne-
xis,ſecus ſunt plura capitula ſeparata.d.l.publia.ff.depoſi.

LEX XII.

SI quis aduocatus. Exceptio dilato-
ria debet opponi
ante litem conteſtat. hoc dicit. Hoc eſt verum, niſi exce-
ptio dilatoria ſuperueniat poſt lit.conteſt.vt l.ij.ꝫ.de conſor.eiuſ-
dem litis.

LEX XIII.

a PRaeſcriptiones. [a]Hec lex ſeipſam ſum-
mat. Quomodo intel-
ligis tu in principio? Quidam intelligunt in principio,
hoc eſt,ante litem conteſt.Tu intelligas in principio.ſcilicet ante-
quam ſit factus aliquis actus,per quem videatur in iudicem con-
ſentire,vt extra de re iudicat.cap.inter monaſterium.licet quidam
intelligāt in principio,hoc eſt ante litem conteſt. ¶Sed tu intel-
lige,vt ſupra plene dixi in l.quidam cōſulebant.de re iudic.ꝛ ideo
ſis cautus:quia ſi tu opponeres primo exceptionem contra libel-
lum,vel procuratorem, non poſſes poſtea opponere exceptionem
iudicis incompetentis, quia videris eum dicere iudicem compe-
tentem ad cognoſcendum,ꝛ pronunciandū ſuper dictis exceptio-
nibus,ꝛ ideo iſta exceptio de incompetenti iudice debet permitti.

ADDITIO.

a ALEX. ¶Preſcriptiones. Uide que dixi de materia huius l.in
l.exceptio.de excep.poſt Bart.ꝫ.Not.hanc cautelam,quando de-
bet opponi incompetentis iudicis exceptio, ꝛ facit iſta lex ad id,
quod not. Bald.in l.quod placuit.ꝫ.de excuſa.vetera.quod ſi lex,
vel ſtatutum dicit aliquem nō poſſe compelli, debet intelligi.tunc
demum, cum vtitur ſuis defenſionibus alias poteſt compelli vbi
hoc eſt ante litem.Bart.in l.conuenerit.de iuriſd.omn.iudi.

De litigioſis. Rubr. XXXVII.

LEX II.

a
b LIte. [a]Per litis conteſtationem res ſit litigioſa,ꝛ
actio non poteſt in alium transferri.[b]Hoc di-
cit.Super hac l.eſt authen.litigioſa.que in aliquo cor-
rigit legem iſtam quando agitur actione reali, in qua
efficitur res litigioſa per ſolam cōuentionem.In perſonali autem
nihil immutat,quia adhuc hodie requiritur litis cōteſt. Pro hu-
ius ergo declaratione, quia gloſſ. noſtre non bene declarant. dic.
Aut agitur actione reali.aut perſonali,aut miſta. Si reali, aut in
ea principaliter contenditur de dominio,vel quaſi. ꝛ efficitur res
litigioſa per ſimplicem conuentionem.vt hac authent.idem puto
de ipſa actione reali eadem ratione. Aut non contenditur de do-
minio, ſed de alio iure principaliter,vt in confeſſoria, negatoria,ꝛ
hypothecaria, ꝛ tunc res non efficitur litigioſa,vt in authen.eo.§.
ad hec.Efficitur tamen litigioſa ipſa actione per litis conteſta.Si
vero agitur actione perſonali,tunc res nunquam efficitur litigio-
ſa,vt no.in l.quanquam.§.j.de aqua plu.arcen.ſed ſit litigioſa ipſa
c actio per lit.conteſt.vt hac l.ij.Si vero agitur actione miſta,[c] tunc
aut eſt actio vniuerſalis,aut ſingularis. Si actio vniuerſalis,tunc
ꝛ olim,ꝛ hodie efficitur litigioſa res,ꝛ actio per ſolam controuer-
ſiam,vt l.diuus.ff.de pet.here.ꝛ l.alienationes.famil.ercis.Si vero
eſt actio particularis,ꝛ tunc efficitur litigioſa res,ꝛ actio demum
per litis conteſta.vt l.j.ꝫ.commu.diuid.ꝛ ibi vidiſtis. ¶Quid au-
tem habeat operari vitium litigioſi.videbitis ī.eo.l.fin.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶Lite. Quando dicatur res litigioſa, vide
Bart.in l.ij.ff.eo.vbi aliter loquitur quam hic,ꝛ in l.quanquam.§.
Iul.hic alle.ꝛ ibi vide do.Io.de Imo.in c.cum M.de conſt.Ang.
hic tenet quod ſola actio,de qua contenditur,ſit litigioſa.non au-
tem res,de qua contenditur. Et ita debet intelligi lex ſequens.Et
alleg.Flo.Imo.in d.c.cum M.ꝛ vide etiā glo.ꝛ quod ibi no.in c.j.
de confir.vti.vel inuti.maxime quādo mouetur queſtio ſuper poſ-
ſeſſione.q2 res non ſit litigioſa,ſed ipſa poſſeſſio ſic.vt ibi plene no.
ꝛ in c.circa.el j.vt lit.pend.vide Bal.in l.j.ꝛ ij.ꝫ.commu.diuid.

b ALEX. ¶Trāſferri.Et dū iſtis ll.cauet rem litigioſā alienari nō
poſſe hoc limita,niſi res eſſent tēpore periture l.alienationes.ff.fa-
mil.ercis.quod eſt no.Idem dicas in reliquis rebus ſequeſtratis,
quas poterit vendere ſequeſter.ꝛ pretium ſuccedit loco talium re-
rum bonorum,eſt text.in l.fin.de requi.reis.ꝛ Barto.in l.intereſſe.
de acqui.poſ.Bal.ſing.in l.ſi oleum.ff.de dolo.qui alleg.l.fin.ff.de
req.reis.ꝛ in l.litibus.ī.de agri.ꝛ cēſi.lib.xj.ꝛ per aliquos in l.Mar-
cellus.§.res que.ff.ad Treb.facit ad hoc l.diuus.de pet.her.vtrū
poſſint obligari,dicas qđ non,vt no.gl.Cy.ꝛ Bal.in l.j.ꝫ.cōi diui.
ꝛ ibi per Bal.an de ipſis poſſit fieri cōpromiſſum,ꝛ diuiſio de cō-
ſenſu partium,ꝛ vide ꝙ no.Bar.in l.j.in fin.ff.eo.vbi ponit an poſ

ſit obligari. Pro huius ergo declaratione ibi miſta, vide ēt Bal. in auth. de litigioſ. §. j. ⁊ ibi etiam quid de confeſſoria, ⁊ negatoria, ⁊ de vſufructu. ⁊ ibi Bar.

c ALEX. ¶ Actiõe miſta. Uide que dixi poſt Bar. in l. j. ff. e. ⁊ no. Bar. ⁊ doc. in l. j. §. cõi diui. ⁊ ibi per Bal. vbi plene ponit. Itez an eodem libello, ⁊ ex eadem inſtantia poſſit agi contra illũ, in quem eſt facta alienatio, de quo j. eo. l. fi. Et quod in perſonali nõ cõtrahitur vitium litigioſi. Ang. ⁊ Bal. hic authẽt. litigioſa. ſm Inn. in c. eccleſia. vt lit. pen. Idem dicit Bal. in l. non ſolũ. in lect. antiq. de in inte. reſt. qđ ſi ego ſum accuſatus ex tali crimine ex quo veniãt bona publicanda, ⁊ alieno pendente accuſatione, tamen non incidant ille res in vitiũ litigioſi, lz fiſcus debeat illa reuocare, ſm ea, que habentur in l. poſt contractum. ff. de do. Itẽ ſi inter duos eſt contentio de deponenda, ⁊ vnus moriatur, nihilominus dicitur res litigioſa. Bal. in l. lites. §. de lib. cau. ſi vnus moriatur. Bal. dicit nihilominus.

LEX III.

Q Uicunque. Si legatur res, vel actio litigioſa, debetur litis eſtimatio litigio apud heredem remanente. h. d. Hoc eſt hodie immutatum per auth. nunc ſi heres. quam vide.

LEX IIII.

1 ☞ Sententia lata contra reum principalem, mandatur executioni, contra eum, qui rem litigioſam emit.

* **C Enſemus.** Contractus* habitus ſup re litigioſa eſt nullus, ⁊ qui ad euz ſcienter acceſſerit, legitime punietur exceptis quibuſdã caſibus hac l. expreſſis. h. d. ¶ Op. ⁊ videtur qđ res

a litigioſa poſſit alienari, [a] vt l. j. §. de preſcrip. long. temp. Solu. De-

b betis ſcire qđ pena litigioſi [b] de iure antiq. non erat alia pena, niſi qđ poſſidens habebat exceptionem, ⁊ ex illo contractu habito ſuper re litigioſa non poterat conueniri, vt l. ij. ff. de litigi. erat etiam alia pena, qđ res litigioſa non poterat preſcribi, vt d. l. j. §. de pre-

c ſcrip. long. temp. Hodie vero [c] eſt additum, vt cõtractus habitus ſuper re litigioſa, ſit ipſo iure nullus, vt hic. Quod eſt verum lite pendente, vt hic expreſſe dicit text. ſed ſi lis non penderet, qr perempta eſſet inſtantia, licet duret vitium litigioſi, tamen venditio non impeditur, ⁊ contractus non annullatur, vt d. l. j. §. de preſcrip. long. temp. ¶ Item eſt additum hodie de pena, que imponitur ei, qui ad contractum litigioſum accedit, vel acceſſit, vt hic dicitur. ¶ Secundo oppo. ad fi. l. noſtre, ⁊ videtur quod res litigioſa non poſſit legari, vt §. l. proxi. Sol. lex precedens per iſtum finem corrigitur, vt hic finis corrigitur per auth. nunc ſi heres. ¶ Quero, dicitur hic, quod ille qui emit, cogitur redhibere rem, quero qua

d actione. Gloſſ. dicit, condictione ex l. iſta. Ego autem dico [d] per l.

1 iſtam eſſe introductum † quod ſententia lata contra ipſum principalem reum, poteſt mandari executioni cõtra eum, qui rem litigioſam emit. Et hoc vult dicere text. iſte, ſi recte inſpiciatur, quod clarius probo in repetitione l. creditores. §. de pigno. ¶ Ulterius quero, dicitur hic quod emptor, quando fuerit ignorans, reddit rem, ⁊ recuperat pretium cum tertia parte, an venditor, qui fuerit ſciens, puniatur in plus. Quidam quod non quia hoc hac l. non exprimitur, ergo ⁊c. ⁊ hoc puto verũ. ¶ Quero, qua actione aget emptor contra venditorem, ⁊ venditor contra emptorem. Dicit gl. ⁊ dicit verum, quod condictione ex hac l. vel actione in factum. Hanc gloſ. intellige eo caſu, quando vterqz non participat dolum nam tunc vnus nõ poſſet agere contra alium, vt l. viro atqz vxore. ff. ſolu. matr. Et facit ſic ad q. de duobus contrahentibus, quorum neuter ſoluit, de quo dixi in l. cum mulier. ff. ſolu. matr. ¶ Quero,

e ad iſtud [e] ſimplum, quod fiſco, debet applicari quis aget. Dicit gloſ. quilibet admittetur ad agendum, vide gloſſ. ⁊ eſt no. ⁊ ea, que no. de popu. ac. ſuper rub. ⁊ ibi dixi tibi, ⁊ de priua. delict. l. fin.

ADDITIONES.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Contractus. Iſta procedunt quãdo lis eſſet coram iudice, ſecus ſi coram arbitro: vt per Alexã. in l. filiuſfamil. §. diui. ff. de leg. j.

a ALEX. ¶ Res litigioſa non poteſt alienari. Limita non habere locum in alienatione, que fit in fiſcum, text. eſt in l. ſi conſtante. §. fi. ff. ſol. mat. ⁊ ibi per Imo.

b ALEX. ¶ Pena litigioſi. Que pena erit cõtra alienantem rem litigioſam, Adde Bart. in l. j. in princ. de iure fiſci. Facit quod not. in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. poſſeſ. §. ſeq.

c ALEX. ¶ Hodie vero. Uide Ang. in auth. de litig. circa fin. prin. quo ad ipſum litigantem, vt vlterius preſcribi non poſſit. d. l. j. de preſcript. long. temp. ⁊ melius declarat Angel. in l. j. §. j. ff. de liti. nam per tale vitium litigioſi, perpetuatur actio in xxx. ann. l. fin. de preſcrip. xxx. ann.

d ALEX. ¶ Ego autem dico. Adde iſtam limita. ad doctri. traditam in l. ſepe. de re iudic. ⁊ vide per Bartol. in l. creditores. in iiij. q. princi. in verſic. iudicamus. Nam ius exequendi. ⁊ ad idem Salic. in l. v. §. communi diui. ⁊ Bart. in l. j. ff. eo. ⁊ Ang. in authen. de liti. in princ. De hoc, ⁊ de materia huius tit. vide bo. gloſſ. in c. eccleſia ſancte. Marie. el j. vt lit. penden. ⁊ in cle. j. vt lite penden.

e AND. BARB. ¶ Quero ad iſtud. Uide do. Ioan. in c. eccleſia ſancte. Marie. lo j. de conſtit. ⁊ ibi vide, in quo Innocen. diſcrepat cum Bartol.

De contrahenda, & committenda ſtipulatione. Rubr. XXXVIII.

LEX I.

L Icet. Etiam ſi ſit ſcriptura priuata, faciens mentionem de promiſſione, in dubio

a intelligitur [a] per ſtipulationem. hoc dicit. ¶ Qualiter probabitur quod inter preſentes. Gloſſ. dicit, quod in dubio preſumitur. Uide gloſſ. ⁊ tene menti in fin. Materiam huius l. plene examino. in l. ſciendum. de verb. oblig. ⁊ §. de vſu. l. j. ⁊ quod ibi no. ⁊ ibi dixi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Licet intelligitur. Per hanc l. dicit Bal. in l. ſi ex pretio. §. ſi cert. petat. quod quando conſtat eſſe pactum nudum, non nouat obligationem, alias vigore inſtrumenti publici, ſemper preſumitur ſtipulatio. Uide Bart. in l. Titia. §. ſi. de verb. oblig.

LEX. II.

S I filie. Qui ſtipulatur filio ſuo, querit ſibi. hoc dicit.

LEX III.

S I cum pecuniam tuam. Alteri ſtipulari nemo poteſt, ⁊ qui pecuniam alterius exigit, negotiorum geſtorum actione tenetur. hoc dicit.

LEX IIII.

S Ecundum. Qui ſtipulatur dare cui velit, ſibi ſtipulari videtur. hoc dicit.

LEX V.

N Uda. Hec lex eſt difficilis. Quãdo ſtipulatio penalis incipit a precedenti cõuentione nuda, tunc cõmittitur cum ſuper prima lis fuerit conteſt. hoc dicit. ſecũdum vnam lect. vel cum fuerit conteſtata ſuper iſta actione penali. hoc dicit. ſecundum aliam lect. Oppon. ſtipulatio penalis non poteſt committi, niſi precedat mora, vt l. ſi penum. ff. quando dies legat. ced. ⁊ l. ita ſtipulatus. ff. eod. ſed hic non poteſt precedere mora, quia eius quod in promiſſione nuda

a venit, non eſt petitio, ergo nec mora, [a] vt ff. eod. l. ſi pupillus. Sol. dicunt quidam, quod eſt verũ, quod non poteſt quis eſſe in mora in naturali obligatione, quãtum ad illud quod in obligatione deuenit, ſed quantum ad alia ſic, vt quo ad ſtipulationem penalem, vt hic. Iſtud eſt contra caſum l. lecta. §. ſed cum ſortis. ff. ſi cer. pet. Propter quod gloſſ. tua hic dicit, ⁊ bene, quod hec ſtipulatio penalis non committitur ex mora, ſed ex conditionis euentu. Per litis enim conteſtationem videtur exiſtere conditio penalis ſtipulationis. ¶ Contra hoc oppon. ſine actione nemo experitur, vt l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de neg. geſt. Sed de eo quod venit in pactione nuda, nulla eſt actio, ergo, ⁊c. non poteſt ergo lis cõteſtari. Sol. dicit glo. quod hic fuit lis conteſtata de facto ſuper eo, quod deuenit in conuentione nuda. Alij dicunt, ⁊ iſta eſt opin. Ultram. quod non requiratur conteſtatio, ſed dicunt, quando precedit veſtita ſtipulatio, committitur per interpellationẽ, quia omnis promiſſio ſimpliciter facta habet in ſe iſtam cõditionem. ſcilicet quod detur cum petiero, vt l. ſi decem cum petiero. ff. de verb. oblig. ergo per ſimplicem petitionem extra iudicium committitur ſtipulatio penalis. Nec obſt. text. qui facit hic mentionem de litis conteſta. quia hoc facit, vt oſtendat penam eſſe cõmiſſam inpurgabiliter. Dyn. in c. non eſt in mora. de reg. iur. in vj. videtur tenere vtranque opin. Ego teneo opin. Ultramon. vt pleniſſime examinabo in l. ita ſtipulatus. ff. de verbor. oblig. ¶ Quero, vtrum penalis ſtipulatio nouet precedentem? Dic vt ibi dixi. Ultimo no. quod penalis ſti-

b pulatio non veſtit precedentem conuentionem [b] nudam. Ratio, quia cum penalis ſtipulatio ſit acceſſoria ad primã, non eſt equum quod acceſſorium veſtiat principale.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Mora. Hoc idem tenet in l. ſi pacto quo penam. ⁊ in l. ſtipulatio iſta. §. vlti. per illum text. de verb. oblig.

b ALEX. ¶ Ueſtit precedentem conuentionem. An penalis ſtipulatio veſtiat precedentem nudam conuentionem, vide Bart. in l. lecta. ff. ſi cer. pet. ⁊ vide Bar. in l. ſi pacto quo penam. §. de pac.